

ad Chorum non duplicatur aſſiſtencia, cum ſit obligatio eadem, licet hebdomarij munus fit frequentius obeundum, unde & Miſſa Contentualis pluries etiam decantanda. At hoc incrementum laboris aliquale tantum eſt, non tamen duplo maior labor. Præterquam quod propter incrementum tale laboris nihil videtur peti amplius poſſe, quia ratione Præbendæ ad id tenetur, quando caſus neceſſitatis occurrunt, ut patet quando Socij ægrotant, aut impedimentum aliud legitimum patiuntur. Et ita etiam accidunt in officiis alijs: Auditores enim Regij, ſi pauciores ſint, plus laborare coguntur, nec tamen propterea ſalarium maius accipiunt: ſicut & Quæſtores, & Rationales. Non debent autem Eccleſiaſtici in hac rerum temporalium cauſa à laicis miniſtris ſuperari. Pro quo eſt & ſententia multorum apud Couarruiam ſuprà. §. Tertio, eadem, quam & ſequitur Zerola ſuprà. §. Primum dubium, aſſerentium Præbendario, qui gerit vicem duarum perſonarum, ut quia Canonicus, & Archidiaconus eſt, non debere plures diſtributiones, quia non multiplicatur præſentia, licet labor aliquomodo multiplicetur: eſt enim abſonum *ut quis ſtipendia ſibi vendicit plurimorum, ut habetur in Cap. Quia nonnulli, de Cleric. non reſident.*

Cap. Quia nonnulli.

Ex probatis ſententijs arguetur.

9 Et pro reſolutione propoſita ſtat etiam ſententia, quam cum doctis Recentioribus tenet P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſultorum, Cap. 2. Dub. 88. num. 8. quod ſcilicet ſi Canonicus propter excommunicationem, ſuſpenſionem, vel aliud impedimentum occultum, Beneficij fructus principales amittat, non tenetur illos reſtituere alijs Canonicis, ſed fabricæ Eccleſiæ, in qua eſt Beneficium, vel pauperibus. Id quod numer. 7. etiam docuerat citatus Auctor cum communi etiam Doctorem ſententia Recentiorum, de eo, qui fructus principales amittit, quos vocant *Groſſam*, ob non recitatas Horas Canonicas. Atqui idem videtur dicendum quando fructus ex quacumque alia ratione ſuperſunt, & ita cum Præbendæ vacant, quia eadem ratio eſt. Sicut enim in caſibus prioribus non ſunt alijs dandi Præbendaris, quia nullus apparet titulus, propter quem illos lucrari poſſint; ita & in poſteriori, cum ipſi poſſit Euangelicum illud dici: *Tolle, quod tuum eſt, & vade.* Stat enim celebris opinio Gloſſa in *Clement. 2.* verb. *Suſpenſos, de vita & honeſt. Clericor.* aſſerentis abſentium partes in fructibus principalibus in Eccleſiam conferendos. Sunt autem diſtributiones, de quibus loquimur, principales fructus, ut conſtat, & licet Couarruias ſuprà. §. Quarto, quod, contrarium videatur tenere, id tamen cum formidine pronuntiat, ſic dicens: *& ſane, ni fallor etiam in redditibus principalibus, &c.* addens ſtatim quamdam diſtinctionem; ut tunc fructus accreſcant præſentibus, quando certa quantitas deſtinata eſt ad Miniſtrorum victum, & laboris mercedem: ſecus autem ſi ſtatutum ſit, ut cuiſlibet Miniſtro detur certa aliqua præſtatio: tunc enim abſentium partes debentur Eccleſiæ. Quis autem non videat eandem in omnibus eſſe rationem, nec maiorem titulum pro lucro extare, quando labor non duplicatur. Quod ſi ratione aucti aliquantulum laboris debet ſtipendium accreſcere: ergo & quando certa annua præſtatio deſtinata eſt, idem debet affirmari: quod tamen negatur.

Couarruias diſtinctione ap- ponit, non probatam.

10 Deinde, militat principaliter pro Aſſertione Decretum Concilij Tridentini *ſeſſione 22. Cap. 3.* ubi de non implentibus perſonaliter competens ſibi ſeruitium dicitur: quod illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, ſed fabricæ Eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pro loco, arbitrio Ordinarij applicatur. Non ergo præſentibus diſtributiones accreſcunt. Si dicatur cum P. Sancio ſuprà. num. 4. intelligi de diſtributionibus, quæ amittuntur ab ijs, qui non adimplent onera particularia ſibi ab Epilcopo impoſita, quarum diuerſa eſt ratio ab illis, quæ amittuntur propter abſentiam: & ab eodem Concilio *ſeſſione 21. Cap. 3.* decernitur, ut inter illos diuidantur, qui diuini officij interſunt. Id certe non ſatiſfacit, quia ratio eſt eadem: ſicut enim non adimplentibus onera particularia ab Epilcopo impoſita, diſtributiones non accreſcunt præſentibus, & impoſita ſibi exequentibus, quia nullus eſt titulus, propter quem tale accrementum mereantur, laboris ſui pretium proportionatum habentes: ita ſimiliter in alijs, quibus nullum eſt ſpeciale onus impoſitum, abſunt tamen ſine titulo priuilegiati; quia nulla eſt ratio differentiæ. Neque Concilium cum diſtribuendis inter præſentes decernit, eam generalem diſtributionem intendit, ſed proportionem accomoda: ut ſcilicet præſentibus ſuæ dentur portiones, quæ quidem Choro etiam pleno darentur, non verò quod in paucos omnis quantitas diſpergatur; cum illa potiùs debeat præualere ſententia: *Diſperſit, dedit pauperibus.* Quia verò eo loco quid eſſet de portionibus abſentium faciendum, non ſtatuerat; id Decreto poſteriori diſpoſuit: unde nulla eſt in præſentibus ſanctioibus antinomia; neque neceſſaria expoſitio adducta, quam ex Nauarro citatus Auctor deſumpſit.

Ex Tridentini Decreto ſententia.

Differentia quædam diſtributionum, quæ aliquos adhibent, non inueniunt.

11 Videtur autem in contrarium ſtare Declaratio Cardinalium quam adducit Nicolaus Garcia de Beneficijs, Parte 3. Cap. 1. num. 465. Iuxta illam enim inter duos illos diſtributionum modos diſcrimen conſtituitur, ut aliæ interſentibus accreſcant, non ita illæ, de quibus in loco diſponitur poſteriori. Sed certè de tali Declaratione authenticè non conſtat. Deinde, cum diſcriminis ratio appareat nulla, ita accipienda eſt dicta Declaratio, ut nullum in re ipſa diſcrimen ſit quantum ad Eccleſiæ, priorum locorum, ac pauperum commodum, licet per diuerſas debeat manus ad eodem deuenire. Itaque dandæ illæ interſentibus, ſed ut per eos fiat, quod erat per Ordinarios faciendum. Bona enim Eccleſiæ ſunt, & in illis non eſt titulus ut lucrari ea poſſint: ergo in bonum debent ipſius Eccleſiæ conuerſi. Præterea, quod ad caſum noſtrum attinet, ex eadem Declaratione comperitur habetur, ſic enim in ea dicitur: *Portiones abſentium accreſcunt deſeruentibus, ſi ex Decreto Concilij ſeſſione 21. Cap. 3. ſeparatæ ſint.* Cum ergo diſtributiones, de quibus agimus, non ſint ex Decreto Concilij ſeparatæ, ſed totum emolumentum Beneficiale; ſit inde non accreſcere ſeruitibus. Aut ergo Declaratio dicta authentica non eſt, & ſic ea ex nihilo probare aduerſantes poſſunt: aut authentica; & ſic Aſſertioni propoſitæ penitus conformatur.

Neque Declaratio Cardinalium.

Illam ſuſceptam.

12 Dico ſecundò, Ex diſtributionibus accreſcentibus

Aſſertio 2. Quid ex accreſcentibus ſumere Præbendarij poſſint.

accreſcentibus ſumere Præbendarij poſſunt proportionatum aliquid labori etiam accreſcenti, conſideratà illius qualitate, & eo frui ſicut diſtributionibus alijs. Neque obſtat quod diximus de condignitate ſtipendij ſecluſo incremento dicto, etiam illud non augeatur: quia licet ita ſit; cum tamen accreſcat illis, iuxta ſpecialem pro Indiis diſpoſitionem, aliquid inde emolumenti percipere poſſunt, ne velut meretriciales ſint, per quos ad alios dictarum tranſeat utilitas portionum. Et quia cum reuera labor æquialiter accreſcat, & illius intuitu dentur, præquam inde aliquid poterit expectari: quod iuxta Eccleſiæ benignitatem eſt, quæ diſtributiones eà conſideratione diſpoſuit. Enimuerà cum hæc non ſine doloris acri ſenſu aduertèret, fringere templum, ſilere pulpita, movere diuina officia, Canonicorum ea obuentium pauccitate mirabili, credidit optimum factum eſſe eos præmijs, ut pueros, dulcitate, ad pietatem manuſque præſtandum illicere, ut loquitur P. Bauny Tomo 1. Traçt. 11. Quæſt. 17. §. Eſt autem. Et quidem licet nihil ſibi applicandum ex tali accretione Præbendarij haberent, hoc ipſum quod eſt poſſe de illis diſponere, magni præmij loco habendum eſſet: quia plura opera pia inſtituere aut promouere poſſunt, conſanguineorum neceſſitatibus ſubuenire, & ſic gratiam multiplicem inire, atque honorem non modicum comparare. Quomodo autem portio illa labori reſpondens diſpenſanda ſit, quæſtio eſt ad integram diſtributionem aſſiſtentiæ reſpondentem ſpectans, de qua ſtatim.

Aſſertio 3. Quid faciendum ſtatuerit, cum maior numerus Præbendariorum adeſt.

13 Dico tertio. Si maior numerus Præbendariorum adſit, ita ut excedant medietatem, videtur ſine ſcriptulo poſſe quidquid accreſcit, aſſumi. Et ratio eſt: quia cum ſumi aliquid poſſit, iuxta nuper dicta; id quod accreſcit in caſu dicto non videtur improportionatum, eſt ſuperabundantia alicuius appareat, ad benignitatem eſt Eccleſiæ talis liberalitas referenda.

Aſſertio 4. Quid quæſtione uno tantum adæſt.

Dico quarto. Si vnus tantum Præbendarius, ſit ut non lemel accidit, non ſunt illi diſtributiones penitus ſolenda; eò quod diſtributio reſpectu vnus ſolum eſſe nequit, ut ex nominis conſtat proprietate. Id videtur clarum, quia eo quod ſolus ſit, & ſic labor eius minor, non debet eſſe peioris conditionis. Habebit ergo proportionatum labori ſtipendium, iuxta prudentis arbitrium. Et diſtributionis tunc etiam ſtatit vox propter reſpectum ad plures, non actu, ſed aptitudine. Sicut iuſticia diſtributiva exercetur quando vni datur Beneficium non habenti oppoſitorem. Præter illud autem quod ſibi aſſumpſerit, dubitari poſſet, an alia poſſit Eccleſiæ aut pauperibus dilargiri, vel ad Epilcopum hæc ſpectat functio, iuxta id quod Concilium Tridentinum diſponit *ſeſſione 22. Cap. 3.* Et videtur quidem fatiſ veroliſimile ad Epilcopum ſpectare, quia caſus eſt ſpecialis, & momenti magni, nec veroliſimile Præbendario vni tantum eſſe conceſſam poteſtatem. Pro quo & facit id, quod cum alijs tradit Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 13. num. 53. & in Politica Lib. 4. Cap. 14. pag. 620. §. 1. Capitulum ſcilicet ſine Epilcopo poſſe diſponere de bonis Menſæ Capitularis ſive fabricæ, in rebus non multo momenti. Quod ſequitur Dom. Villaroël *Quæſt. 3. Artic. 2. num. 10.* Et eſt illud Iuris diſpoſitioni conforme, videturque in Indijs

Capitulum circa bona Menſæ ut quæſtione diſponere.

ſeruandum, & maxime in noſtro caſu, ubi non videtur eſſe Capitulum, quia Capitulum eſt collectio Canonicorum, eodem ſuffragij cauſa commean- *Quid ſe Capitulum.* tum: ut videri poſſe apud P. Bauny ſuprà. *Quæſt. 21.* Si verò non adſit Epilcopus, ab vno fieri poterit diſtributio, quando in Eccleſiam eſt indigentem faciendâ, aut in pauperes: quia hæc non patiuntur dilationem. Cui reſolutioni accomodari poteſt id, quod ait Dom Barboſa de Poſſetate Epilcopi Allegat. 53. num. 239. quod licet Capitulum, ſive Clerici inferiores ſine Epilcopo non poſſint ſtatuer de quotidianis diſtributionibus, quia hoc concernit ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, diuinaque officia, eorumque regimen: poterunt tamen id facere, quando nihil conſtituunt contra Epilcopi iurisdictionem, aut contra jus commune: id quod ex Auctoribus alijs deſumpſit, & de quo *inſtr. Tit. ſeq. num. 1.* In caſu ergo noſtro id fieri poterit quod diximus, quia iurisdictione ad vnum reducta eſt. Et in vno ſolo Canonico ius Capituli conſeruari poteſt: ut cum alijs tradit P. Azor Tomo 2. Lib. 3. Cap. 27. *Quæſt. 5.* quamuis hoc ſuum habeat difficultatem, pro qua Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 13. num. 36. *In quo remanet ius Capituli.*

CAPVT III.

Quomodo debeat Præbendariorum defectus ſuppleri.

14 **C**um id poſſit in Indijs non raro contingere, ad Regiam providentiam pertinuit caſus huiusmodi præuenire, ut ſcilicet Eccleſiæ debito cultu non careant, & diuina officia cum conuenienti poſſint decentiâ celebrari. Ideò per Regias ſchedulas conſtitutum, ut paucitate Præbendariorum ſuccedente, Epilcopi Clericos aliquos deputent adſtitutos Choro, & Præbendariorum more ſacra peracturos, comperenti illis ſtipendio designato. De ſua S. Iacobi Chileni Eccleſia locutus Dom. Villaroël & Schedulam, & factum refert *Quæſt. 5. Art. 5. num. 25.* qui per errorem typographiæ eſt. 14. Circa quod

Aſſertio 1. Id negant de Religioſis.

Dico primo. Epilcopi nequeunt Religioſum ad Canonicatum modo dicto designare, etiam coniuuentibus Prælatiſ. Quod quidem non ex eo accidit, quia Religioſis nequeunt ſine licentia Sedis Apoſtolicæ Beneficia concedi. Cap. *Super eo, de Regularibus.* Cap. *Cum de Beneficio, de Præbendis in Sexto.* & alibi: Pro quo alia ſatis vrgentia adducit Lauretus de Franchis in *Controuerſis. Quæſt. 89.* cum tale miniſterium non ſit Beneficium, ſed ſeruitium temporale, ſicut de Vicariis temporalibus affirmant communiter Doctores, & eſſe ab omnibus receptum teſtatur P. Palaus Tomo 2. Traçt. 13. Diſput. 1. Puncto 1. in fine. Sed quia id abſolutè extat prohibitum in citato Cap. *Super eo,* verbis illis: *Nec amplius in Eccleſijs ſecularibus debent aſſumi: ne contra votum, quod Deo fecerunt, venire prohibentur.* Vbi cum de iſ ſermo ſit, qui nondum profeſſionem emiferunt; habitum tamen Religionis aſſumpſerunt; ex eo Doctores colligunt, ad Religioſos talem diſpoſitionem extendi. Quæ cum generalis ſit, & aſſumpſionem prohibeat, de illâ etiam, quæ tempora-

Cap. Super eo, de Regularibus.

Qui nequeunt esse Canonici.

Sententiam quorundam contrariam antiquam.

Neque titulum necessitatis suffragari.

Doctrina ad admittens in Beneficium Curatus tantum currit, & qualiter illud.

Greg. XIII. Etiam de illis vetuit licet ad tempus.

Greg. XIII. Etiam de illis vetuit licet ad tempus.

lis est, necessariò intelligenda. Et ideò Religio sum non posse esse Canonicum tenent quamplures, quos adducit P. Thomas Sancius in *Opere moralis Lib. 7. Cap. 29. num. 75.* Pro quo & Thomas à IESU in *Cap. Non dicitur. Parte 2. Cap. 7. Dub. 3. §. 1.* In eo enim maximè verificatur ratio, quam Canon inducit, quòd scilicet contra votum Deo factum venire probetur: contra professionem inquam Religiosi status, qui humilitatis, obedientiæ, & secessus à saeculo est.

¶ Dices primò aliquos esse Doctores, qui affirmant Regulares esse capaces Canonicatus in Ecclesia seculari, vt videri potest apud P. Sancium *supra num. 74.* Sed contra hos est communissima & verissima sententia ita vsu recepta, vt contraria penitus videatur antiquata, & ab vsu Ecclesiæ reiecta, vnde sine dispensatione Pontificis id numquam ad praxim reuocatur.

¶ Dices secundo communem decisionem tunc quidem obseruandam, cum non vrget necessitas, ea autem urgente ob defectum Præbendariorum, Religiosos posse ad id muneris aduocari. Sic enim affirmat Rebuffus, & Gonzalez alios referens, ex illisque P. Palaus *supra Puncto 3. n. 11.* qui ex Nicolao Garcia addit in casu dicto Beneficia non esse conferenda in titulum, sed in Commendam, quia non videtur necessarius modus alius prouisionis; & hic est aprior: siquidem, quomodocumque reperitur minister idoneus, poterit extraneus remoueri. Et sic decisum videri à sacra Congregatione apud citatum Garciam *Parte 7. de Beneficiis Cap. 10. num. 32. in 1. Declaratione.* Verum neque hoc vrget, quia doctrina illa procedit circa Beneficia Curata, vt videri potest apud citatum Patrem, Auctores pro eadem afferentem. Cum enim §. decimum eum sententia Mandosi terminasset dicentis hodie non dispensari cum Monacho ad Beneficium Curatum obtinendum, statim sequentem verbis illis auspicatur: *Limitanda tamen est doctrina &c.* Et est illa etiam P. Sancij citato *Cap. 29. num. 39.* vbi pro eadem plures Auctores adducit. Et ex hac differentia argui pro Assertionem potest: nam ad Beneficia Curata promoueri Regularis nequit, cum tamen iuxta Ius commune capax illorum sit, vt constat ex *Cap. Quid Dei timorem, de statu Monachorum* (iuxta quod P. Lessius verb. *Religiosis Casu 2. in Resolutionibus posthumis* praxim Belgicam defendit) id enim propter bonum animarum sic est ab Apostolica Sede dispositum: immò neque ad tempus ad eadem assumi, vt declarauit Gregorius XIII. cuius Declarationem adducunt plures Scriptores, vt videri potest apud P. Palaum, *num. 20. citato & sic se habet: Sanctissimus D. N. Gregor. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranensis, etiam de licentia sui Generalis, absque permisso Summi Pontificis assumere curam animarum etiam ad tempus, multò minus Beneficium Curatum.* Sic Declaratio. Ex qua fit multò minus licere Beneficium simplex assumere, quia illud neque de iure communi licet, & ita neque ad tempus: quia etiam ad tempus assumptum ea habet inconuenientia, de quibus *numer. præced.* & ex eisdem fundamentis constat neque Episcopum in eo posse dispensare. Id quod specialiter aduertunt P. Sancius loco nuper adducto

n. 76. qui plures adducit, & P. Palaus *num. 5.* quamuis Staphylæus apud P. Sancium contrarium sentiat, minimè audiendus, sicut nec Gambara apud Latretum *supra*, Doctorem agmine repugnante, & nihil contra eos, quod aliquatenus vrgeat obiectans.

¶ Ratio autem cur non liceat in Beneficio simplici id, quod in Curato, iam insinuata est, quia pro hoc esse potest necessitas, non pro illo, vt colligitur ex *Cap. Præcis 55. dist. ibi: Quia eatenus Ecclesie vel curiæ, vel sufficientibus prioribus sunt ministris, vt plebis ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant; concedimus vt si quis Monasterialibus disciplinis eruditus &c.* Ex Gesasio Papa. Pro simplici autem Beneficiorum administratione, in quibus magis est honoris & commodi, quam laboris, talis necessitas non est, cum illa ad animarum curam non ordinentur, licet ad diuinum cultum decenter exhibendum possint necessaria iudicari, vt in Ecclesijs Cathedralibus accidit: pro eo enim Præbendæ institutione sunt; & vt vrgeat, distributiones quotidianæ dispositæ sunt, vt constat ex Concilio Tridentino *Sessio 21. Cap. 3.* & ex dictis *Cap. præced.* Cum autem cultus diuinus in Monasteriis etiam sit decenter exhibendus, non est conueniens vt, iuxta vulgarem paræmiam, vnum spoliatur altere, vt alterum vestiatur: neque inquietandi Religiosi, cum possint Clerici seculares inquiri, & dictis muneribus admoueri. Non equidem desunt illi in oppidis frequentioribus: si autem Cathedralis in solitario oppido fundata sit, non est ibi querendus splendor & pompa insignium ciuitatum. Et pro Festis solemnioribus inuitari Religiosi poterunt, qui libenter accurrunt, etiam si nullius temporalis lucri illecebrâ prouocentur. Quamquam neque erit indignum, vt aliquid huiusmodi per modum eleemosynæ aut gratitudinis interdum transmittatur.

¶ Dico secundo. Si Episcopus opinione vtens inuerosimili Religiosum de licentia suorum Prælatorum in Canonicum assumat, non poterit illum pro publicis delictis publicâ animaduersione punire, licet quoad leuiore defectus in suo ministerio corripere illum possit proportionatâ correctione. Primum probo ex eo quod talis manet absolutè sub obedientia Prælatorum Religionis, & multò magis quam Parochi, circa quorum mores & vitam nequit Episcopus coercitiam potentiam exercere, vt vidimus *Titulo præced. Cap. 7.* In eo ergo seruandum quod à Concilio Tridentino statutum est *Sessio 25. Cap. 14.* de Regularibus, vt tunc tantum puniri delicta Religiosi possint, cum notoria sunt, & extra claustra commissæ, ac proprius Prælatus admonitus omiserit punitionem, aut de ea Episcopus intra tempus ab eo assignatum non fecerit certiore. Secundum autem ex eo ostenditur, quia cum ad Episcopum pertineat, vt ea, quæ ad diuinum cultum spectant, cum omni decentiâ administrantur, in eo, qui administrant, videntur eidem esse subiecti. Non videntur autem in tali administratione alij esse defectus posse, nisi qui in modo assistendi in Choro, aut Missas celebrandi, occurrere solent, qui graues esse in Religioso vix possunt, vnde non est cur ad grauem sit animaduersionem ab Episcopis veniendum.

Ratio pro Curato maior, quam pro simplici.

Cap. Præcis 55. dist.

Assertio 2. Religiosum factum Canonicum, non posse ab Episcopo puniri ob defectum in moribus.

Quid circa defectus in ministerio.

CAPVT IV.

An eo quòd decimalia emolumenta ad distributiones quotidianas in Ecclesijs Indiarum sint redacta, obligatio erogandi superflua pauperibus &c. in Præbendarijs minuatur.

¶ Circa conuenientiam dispositionis dictæ, pro qua Concilium Limentense secundum *Sessio 2. Caput. 66. & Indiarum, in aly's mltis seruatur.* tertium *Act. 3. Cap. 26.* videndus Dom. Solorzano *Tomo 2. Lib. 3. Cap. 14. num. 19.* & in Politicâ *Fol. 616.* Quod & in nonnullis alicorum Prouinciarum Ecclesijs seruari supponunt Doctores, dum de distributionibus agunt, & earum discrimen ostendunt vsitatumque iam pridem probant Glossæ Decretalium citandæ *num. sequenti.* & in omnibus ferè Cathedralibus ac Collegiatis Hispaniæ ac Lusitaniæ in vsu esse affirmat P. Fragosus *Tomo 2. Lib. 10. Disp. 23. §. 1.* vers. *Tertio limitatur.* Et vt consuetudine dictâ extante, non sit obligatio erogandi pauperibus, aut in alia pia opera expendendi, quæ congruè sustentationi superflua, ex eo videtur probari, quia ex distributionibus obligatio ista non emergit, vt tenent Doctores plures generaliter loquentes, & inter alios Couarruias, Syluester, Rosella, quos adducit & sequitur P. Bauny in *Praxi Beneficiorum, Disp. 15. Quæst. 23. Dub. 2.* Assert. 2. & plures alios apud P. Thomam Sancium *Lib. 2. Consiliorum, Cap. 2. Dub. 46.* quibus adde D. Escobar à Corro *Tractatu de Horis Canonicis, Quæst. 5. §. 2. num. 26.* & videtur etiam tenere P. Reginaldus *Lib. 10. Tractat. 3. num. 92.* Quorum ratio est; quia distributiones conceduntur ob personale ministerium, suntque denarius diurnus labori debitus, vt iam diximus; quando autem tale aliquid est, nequit onus eidem apponi: hac enim de causa ex bonis acquisitis ob ministeria Ecclesiastica prædicationis, auditionis Confessionum, celebrationis Missarum, & similibus, non est obligatio erogandi quidquam, iuxta communem sententiam Doctorum: censentur enim quasi patrimonialia, vt videri potest apud P. Sancium *supra, Dub. 45. numer. 4.* P. Palaum *numer. 5.* apud quem P. Vaquez, P. Coninek, & P. Lessius. Nihilominus

¶ Dico primò. Præbendarij Indici non minus ad eroganda superflua tenentur, quam si vsitato aliis Prouincijs modo Præbendæ fructus acciperent. Et oppositum videtur improbable, rationisque atque auctoritatis præsidio destitutum. Licet enim sint qui de distributionibus videantur generaliter locuti, de illis tamen agunt, quæ verè & propriè tales sunt, iuxta communem sacrorum Canonum, & Doctorum de illis scripturum intellectum. Illæ enim quæ propriè distributiones sunt, quotidianæ item sunt, quia quotidie tamquam denarius diurnus tribuuntur, iuxta dictam *num. 7.* & ita in Iure, cum de illis agitur, proponuntur, vt constat ex *Cap. Licet, de Præbendis ibi: Nolimus autem vt quotidiana distributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesijs, & ijs, qui intersunt horis Canonicis, exhibentur, ei tribui faciat.*

Factum cuius Episcopi non probandi.

Assertio 3. Clerici subrogati obligationes subiecti proprietarijs communes, quorum & privilegia potuerunt, excepta obligatione superflua largiendi.

Quid iuxta sus cõmune circa dictâ obligatõnem.

niendum; & ita non probandum, quod à quodam dicitur factum Episcopo, qui suæ Religionis socium, quem fecerat ille Canonicum, & in publico grauer deliquerat Regij Gubernatoris iniuria, in Choro publicè Religiosorum more traduxit, acri verberatione, vt eo pacto Gubernatori satisfactio conueniens præberetur. Nisi fortè à Prælato suo id ipsi permissum, aut socius talis eius obedientiæ penitus subiaceret. Sed non credo subiectionem ad casus istos extendi conuenienter potuisse; quandoquidem supplicium in proprio potuit Conuentu inferri, & poenis reclusionis, alisque ex se perspicuis, satisfactio proportionata disponi.

¶ Dico tertio. Clerici ad Præbendas in casu dicto supplendas adsciti, ad omnia tenentur, ad quæ proprietarij Præbendati, sicut & eorum frui privilegia possunt, si qua sunt in modo seruendi. Id constat: quia subrogatio fit eum omnibus qualitatibus, quæ in eo essent, pro quo succedit subrogatus, vt probant Doctores, quos adducit Dom. Solorzano *Tomo 2. Lib. 2. Cap. 19. num. 22.* & *Lib. 3. Cap. 9. num. 24.* Si verò stipendium non fit integrum, ex eo capite erit inæqualitas, quantum ad obligationem detrahendi congruam portionem pro sustentatione, & reliqua pijs operibus applicandi: vix enim vlla esse videtur: quia si proprietarius tantum pauperibus, aut pijs operibus applicaret, quantum subrogato detrahitur, satis suæ obligationi satisfecisse videretur: ergo cum illud minus hic habeat, ad nihil aliud videtur obligandus. Hac ratione excusantur qui vicariam habent temporalem, vt videri potest apud P. Palaum *Tomo 1. Tract. 6. Disp. 2. Puncto 5. num. 2. & 3.* Et præterea est ratio aperta: quia id, quod detrahitur, pijs est operibus applicandum; neque enim referuandum successibus est in Indijs, in quibus decimales grossa pro Præbendaris sequestrata, inter eos diuiditur, licet pauciores sint quam esse debeant, iuxta Ecclesiarum erectionem: nihil ergo successibus referuatur, & ita quod paucis superfluit, pijs operibus destinandum. Quidquid ergo de communi iure sit, de quo post alios eruditè agit P. Bauny in *Praxi Beneficiorum, Disp. 15. Quæst. 22.* & de nouis statutis in Beneficijs Cameræ Apostolicæ, de quibus Zerola *Parte 1. verb. Beneficium ad sextum:* praxi equidem dicta contraria illis penitus non est; quia vt constat ex *Cap. Quarta, de officio iudicis Ordinarij, & ex Cap. Præsent, eodem titul. in Sexto.* Vacantium Beneficiorum fructus ita administrare economi ex præscripto Ordinariorum debent, aut eorum, ad quos cura talis spectat, vt eos aut in utilitatem Ecclesiarum expendant, aut futuris personis fideliter referuent. Quando ergo nihil referuatur successoribus, sed in Ecclesiæ utilitatem expenduntur, communis iuris dispositionibus non penitus contrahitur. Leges autem de spolijs pro Camerâ Apostolicâ in Indijs non sunt receptæ.

Vnus dist. buionum in Ecclesijs Indiarum, in aly's mltis seruatur.

Pro minuenda obligatõne quid facere videtur.

Assertio 4. obligatio eadem sicut in alijs Præbendarijs.

Cap. Licet de Præbendis.